



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs LXI. Exaudi Deus deprecationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

PSALTERIVM.

138

Sed quis erit qui me munitam ducat in urbem,  
Ecquis Idumeæ ducet ad arua plagæ?  
Tune pater qui nos sic auersaris egenos?  
Nec comes armatis in fera bella uenisti?  
Auxilium dubijs in rebus egentibus affer,  
Humanum auxilium nil rationis habet.  
Diuino auxilio freti rem deinde geremus,  
Inijciet nostris hostibus ille fugam.

Precatio.

PSALMVS LXI.

Exaudi Deus deprecationem.

ARGUMENTVM.

Est precatio pro Rege & regno, ut & cul-  
tum Dei retineat, & regnum nullis nouis  
mutationibus perturbetur.

Orat ut à populo ipse suo Deus arceat hostes.

Vt Regem meritis augeat atq; fide.

Publica disibijs ne res laceretur, & erret

Ipsius à uera religione fides.

Vincenti in melodijs David.

**S**Vmme Deūm quitempla tenes flammantia cœli, Precatio.  
Esse tamen præsens hic & ubiq; potes.  
Audi quos gemitus imo de pectore fundo,  
Inclina ad timidas corda benigna preces.  
Clamor ab extremis terrarum finibus hic est  
Editus, ad sedis limina celsa tuæ.  
Anxia dum nimia formidine corda tremiscunt,  
Dum me terribilis circuit ossa pauor.

I 3

Ardua

**A**rdua ad æthereæ deduc me culmina rupis,

Scandere non alia quam ratione queam.

**S**pes quia non alia est nisi tu mibi, quo duce semper

Ceturri infesto tutus ab hoste fui.

**S**ic uocat lo- Ingrediar tua perpetuo tentoria, fidam  
sum cultus.

Dum mea magna humeri contegat umbra tui.

**T**u Deus audisti mea uota, & posteritatem

His tribuis qui te tempus in omne timent.

**T**u dabis in terram longæuum uiuere Regem,

Vt sius ex anno quolibet annus eat.

**I**lle Deo coram per secula cuncta sedebit,

Fac pietas ipsum dirigat atq; fides.

**H**ic exponit Sictua cantando celeberrima nomina reddam.

quid scriptura appeller uota,  
laudare scili-  
et Dominum

Vt mea peperuo tempore uota feram.

## PSALMVS LXII.

Nonne Deo subiecta erit anima.

## ARGUMENTVM.

Habet Psalmus duas partes: Prior insig-  
nem consolationem & exemplum habet,  
quod imitemur in periculis, ne sinamus no-  
bis excuti fiduciam & spem opis diuinæ. Al-  
tera habet adhortationem, ut abiecta fidu-  
cia carnalium præsidiorum, quæ incerta,  
imo nihil sunt, ueram fiduciam amplecta-  
mur, quam Dei omnipotentia & bonitas o-  
mnibus promittit. Videlur autem peculia-  
riter notare potentes aulicos, qui dementa-  
ti præ

